



K. 4. 135.

1) Terminus, Gotofredus

notat 21 - 18)

88

CARMINA GRATULATORIA,

In Honorem Nuptiarum

Dn.,

MARTINI ALEMANNI,

Juvenis doctrina politissimi, moribus
suavissimis ornatissimi, generis splendore maxi-
mè conspicui, Canonici in templo Cathedrali, quod
est in novâ Magdeburgensi Re-
publicâ:

PRUDENTISSIMI, CONSULTISSIMI
& spectatissimi viri,

Dn. MARTINI ALEMANNI,

Consulis & Prætoris in veteri Magdeburgo di-
gnissimi filij, SPONSI:

NEC NON

Lectissime, Pudicissimæ, Virginis

DOROTHEÆ,

Prudentissimi, spectatissimi, doctissimiq; viri,

Dn. BALTHASARI VVILHELMI,

Civis Reipubl: Ulcensis primarij, filia, Sponsæ.

Scripta ab

AMICIS.

MAGDEBURGI,

Ex Officinâ Typographicâ Andrea Bezelij,

ANNO *cl* l*o* C. XVII.

1717

I.



Unquam ego credideram, soror ô dilec-
ta, futurum

Ut procius, huc alijs veniens ex urbi-
bus, ultrò

Ambiret temet, lecti vitæq; fidelem

Te sociam expeteret votis ardentibus unam.

Verum jam juvenis florentibus integer annis

Egregius formâ, doctrinâ excultus & arte,

Moribus eximius, claris natalibus ortus,

Huc Magdeburgo populofo opibusq; potenti

Advenit, & Nymphis, quas urbs alit illa fovetq;

Posthabitis, animo te solam querit & ardet:

Nil illi in votis magis est, quam te sibi tandem

Jungere conjugio stabili propriamq; dicare:

Unde patet cunctis fieri connubia fato.

Ergo quum eveniant hæc disponente J EHOVA

Propitio, tibi Sponsa Soror congratulor imis

Ex animi fibris, quod Sponso jungeris illi

Fœdere legitimo thalami, qui stirpe creatus

Clarâ ALEMANNORUM, queis florida virgo sinistra

A 2

Serta

Serta gerens gemmis, celebrem se prædicat, almae
Qui pietatis amans, vitutis cultor, honesti
Solius rectiq³, tenax, qui te mage deperit unam
Seq³, suisq³, oculis, qui te stellantibus ipsis
Præponit gemmis, rutilo præponit & auro,
Pura quod auriferi Pactoli volvit arena.
Hinc pro te rerum discrimina cuncta subiret,
Letus & oppeteret pulchram per vulnera mortem,
Si pia fata tue vellent modo parcere vite.
Tu contra hunc oculis, ser toto hunc pectore Spon-
Hujus ab aspectu pende; mirarier unum [sum,
Hunc assuece, cole officijs, promptoq³, fidelis
Obsequio, venerare animi, nil carius unquam
Sit tibi, quàm Sponsi, quo te complectitur, ardor.
Sic amor hic captus, parili qui vestra calore
Pectora succendit, cunctas accrescet in horas,
Quem magis atq³, magis concordia blanda fovabit,
Atq³, subinde novam socialis suggeret ignis
Materiam, dulcesq³, cibos præbebit amori.
Pax optata suis vestros hinc inde penates

Divi-

Divitijs illustrabit, multisq; beabit
Muneribus, thalamis habitabit amica voluntas:
Quin Deus ipse suis celo dignabitur alto
Vos cumulare bonis, summoq; ornabit honore,
Atq; optata dabit sacrati pignora lecti,
Moribus & facie referentia utrumq; parentem:
Deniq; longævam felicemq; omnibus auctam
Repletamq; bonis vitam concedet, ut olim
Ordine cernatis longâ serieq; nepotes,
Hoc Deus omnipotens faxit, dignetur & esse
Perpetuûm vobis, qui vos procul ante locorum
Disjunctos spacijs, vinelo jam copulat arcto,
Et non solvendo conjungit fœdere lecti.

Georgius V Vilhelmus, Sponsæ frater.

II.



Uâm benè spectatu gratissima vitis
& ulmus
Nexu conveniunt utraq; juncta
suo.

A 3

Tam

Tam benè conveniunt sponsus quoq; sponsa
Unanimes juncti fœdere conjugij. [pudica
Vitis enim ut fragile est lignum & complexibus
ulmum.

Ambit, quâ florens erigit alta caput. (ret,
Sic tibi se insinuat, tibi proxima semper adhæ
Gaudet in amplexus serpere, Sponse, tuos,
Atq; tuis radijs fulgens & honoribus aucta,
Erigit auricomum sponsa pudica caput.
Tuq; vicissim illam, ceu vitem sustinet ulmus
Innitentem humeris erige, Sponse, tuis.
Utq; etiam vitis fœcundas fertilis uvas
Profert, quæ mæstis dulcia vina ferunt,
Sit quoq; certabit generosis vitibus uxor,
Atq; tibi lecti pignora multa dabit.
Gratulor hinc meritò Sponso Sponsæq; pudicæ,
Sic felix vestrum conjugium hocce precor.
Mutuus adsit Eros, adsit concordia, celsset
Sævior irarum flamma, faceffat Eris.

Vivi.

Vivite felices, felices vivite ad annos
Mathusalæ & seros exuperate dies.
Hæc ego fausta precans sincero pectore sponfis
Exopto, votis annuat ipse Deus.

PETRUS VICTORIUS Kiricensis Marhicus



III.

Sic leto MARTINE animo, nova gaudia
prome,
Sume, quod ex imo pectore munus
amas.

Nam venit à Domino pia conjux, dulce levamen,
Rebus in adversis, grata medela tibi.

Hæc etenim curas animis exturbat acerbas,
Dissipat extemplo tristitiamq, gravem.

Suggestit at contra fide nova gaudia menti,
Blanditiasq, viro, delitiasq, facit.

Verum non cunctis datur hæc Alemanne virago,
Verum his, qui servant jussa verenda Dei.

Hinc ego quid statuam de te MARTINE venuste?
Quid? nisi quod summum scis timuisse Deum.


Pre-

Premia nunc tantæ pietatis summa reportas,
Dum Dorothea tibi virgo pudica datur.
Hanc sociam vitæ socio tibi federe jungis,
Hanc munus statuis, quod dedit ipse Deus.
Ipse Deus dedit hanc tibi ceu prænobile munus,
Unde hæc sponsa sui nominis omen habet.
Ergo hanc depereas, foveas, complexibus arctes,
Ut videas casti pignora læta tori
Pignora, quæ exbilarent genij bonitate parentes,
Infundant & avis gaudia grata suis.
Præterea adiiciat Dominus bona plurima vobis,
Et pellat vestris edibus omne malum.
Hoc nunc ex animo votis ferventibus opto
Sponse tibi: & thalamis sponsa pudica tuis.
Sit pax Martino: Dorotheæ gratia pulchræ:
Hisce Deus votis pondus inesse sinas.

MELCHIOR VVILHELMI, Isenac-
censis Thuringius,








B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



80

... ATULATORIA,
Nuptiarum
 L.
ALEMANNI,
 olitissimi, moribus
 generis splendore maxi-
 templo Cathedrali, quod
 deburgensi Re-
 câ:
CONSULTISSIMI
simi viri,
I ALEMANNI,
 veteri Magdeburgo di-
 SPONSI:
 NON
ssimaq; Virginis
THE Æ,
rimi, doctissimiq; viri,
RI VVILHELMI,
 primarij, filia, Sponsæ.
 a ab
 C I S.
BURGI,
nicâ Andrea Bezely,
 b C. XVII.

Handwritten notes in ink at the bottom of the page.

